

575 Numerus^f iste tantus est, quantus et^g numerus martyrum, qui de duodecim patriarchis est assumptus¹²⁹, ut tot in illa civitate sint virgines signati quot martyres, preter *turbam* maximam, *quam dinumerare nemo poterat*¹³⁰. De quibus sermo grandis et loco presenti ad discutiendum difficilis.

Primo itaque loco prelium accipiendum est Christi, qui *raptus est ad deum et ad thronum eius*¹³¹, secundo de Michael e et angelis eius¹³², quodⁱ prelium
580 denuntiatur^k martyrum, tertio de persecutione diaboli, qua^l persecutus est^m ecclesiam tempore Arrianorum, qui doctrinam erroneam *post mulierem* ac si *aquam fluminis*¹³³ misitⁿ. Ex cuius occasione persecutionis factum est, ut plurimi assumptis alis¹³⁴ in solitudinem^o fugerent. Quod licet et^p aliis temporibus factum sit, precipue tamen^q quarto^r tempore claruit. Quinto loco
585 introducitur angelus quidam^s, qui iudicium domini^t appropinquare denuntiat. Vidi^u, ait^v, *alterum angelum volantem^w per medium celum^x, habentem evangelium eternum, ut evangelizaret sedentibus super terram et super omnem gentem et tribum et linguam et populum, dicens magna voce: Timete dominum et date illi honorem, quia venit hora iudicii eius*¹³⁵. Deinde duo alii^y angeli^z sexto loco accipiendi sunt, de quibus dicitur: *Et alius angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit^a Babilon civitas illa^b magna, que a^c vino^{cd} fornicationis sue^e potavit omnes gentes. Et tertius angelus secutus^f est dicens: Si quis adoraverit bestiam et^g imaginem eius^g etc.*¹³⁶ Deinde^h loco septimoⁱ sabbatum indicatur, cum dicitur: *Et^k audiavi vocem de celo dicentem michi: Scribe^l: Beati mortui, qui^m in domino moriuntur*¹³⁷. Deinde agiturⁿ de fine

f) folgt enim E. g) est B. h) potest AC. i) qui B. k) denunciant B.
l) quam E. m) fehlt AC. n) folgt Quarto de Sarracenis D. o) solitudine B.
p) fehlt BDE. q) fehlt BD. r) folgt scilicet heremitarum et virginum D. s) fehlt B. t) dei DE. u) vidit E. v) fehlt DE; autem AC. w) fehlt AC. x) celi D. y) fehlt D. z) fehlt E. a) fehlt ACDE. b) fehlt DE. c) animo C. d) folgt ire B. e) fehlt D. f) locutus D. g-g) fehlt ABC. h) folgt in AC. i) sexto B. k) fehlt AC. l) fehlt DE. m-m) etc. ACE. n) agit B; sequitur D.

¹²⁹) vgl. Apoc. 7,4-8.

¹³⁰) vgl. Apoc. 7,9.

¹³¹) Apoc. 12,5.

¹³²) Apoc. 12,7.

¹³³) Apoc. 12,15.

¹³⁴) vgl. Apoc. 12,14.

¹³⁵) Apoc. 14,6.

¹³⁶) Apoc. 14,8.

¹³⁷) Apoc. 14,13.